

Wolff

Se
jure deci-
mandi in
territoriis alienis

1780



DISQUISITIO JURIDICA

18

DE

JURE DECIMANDI PRINCIPIS SECULARIS IN TERRITORIO ALIENO.



1650.

AUCTORE

CONRAD GOTTLIEB WOLFF,

CONSILIARIO AULICO ET REGIMINIS LIMPURGICO SONTHEIM-
GEILDORFFENSI PUCKLERIANO.

HALLIS SVEVICIS,

TYPIS JOHANNIS CHRISTOPHORI MESSEKERI.

MDCCLXXX.

6. 1. 06.



X5

1650

CELSISSIMO ATQUE ILLUSTRISSIMO
S. R. I. COMITI AC DOMINO
DOMINO
FRIEDERICO PHILIPPO
CAROLO

COMITI A PUCKLER, BARONI IN GRODIZ
BRUNN, TANZENHEID &c.

COMITI CORRÉGENTI LIMPURGICO SONTHEIM
GEILDORFFENSI ET SPECKFELDENSI &c.

COMITI AC DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

TANQUAM EXIGUUM
DEVOTISSIMAE MENTIS SUMMAEQUE

REVERENTIAE
DOCUMENTUM

HANCCE
DISQUISITIONEM
CUM VOTO PERPETuae FELICITATIS LONGISSIMAEQUE VITAE

DEDICAT CONSECRATQUE
CELSISSIMI AC ILLUSTRISSIMI
TANTI NOMINIS
SUBJECTISSIMUS CULTOR
CONRAD GOTTLIEB WOLFF.



Digitalisat von
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

PRAEFATIUNCULA.

Cum adhuc vitam academicam agerem et sub praefidio viri illustris ac consultissimi Domini Achatii Schmidii J. V. D. iam Profess. Jur. Ord. Jenensis Praeceptoris olim mei ad cineres usque colendi materiam de Nonis publice defenderem eius in primis consilio eam, quam rubrum exhibet dissertationem conscribere in mente erat; Ast fortuna alio tractus, omnia è manibus dimisi, quia scripta mea visu lectuve aliorum haud digna putarem.

Ne tamen studia prorsus dereliquisse videar, ea quae olim meditatus sum, revidi, pauca vbi opus esse crederem, emendavi paucaque addidi eo fine ut publici iuris facherem, eruditorum humanitate fretus, fore ut boni aequive consulant animum non quidem docendi sed tantum discendi cupidum.

CONSPECTUS

Prooemium ubi de Materiae iurisdecimandi agitur remissive et generalia principia quaedam praemittuntur.

Cap. I.

De acquisitione iuri*s* decimandi principis secularis in territorio alieno.

- §. I. Acquiruntur decimae ut aliud ius in re aliena.
- §. II. Vtrum ius decimandi pertineat ad regalia et argumenta eorum qui hoc indistincte affirmant.
- §. III. Haec argumenta refutantur.
- §. IV. Arg. quod princeps iure decimandi gaudeat tanquam iure in re aliena non ceu regali.
- §. V. Princeps intra territorium coeteris paribus loco tributorum imponere potest decimas salvo iure cuius cunque decimandi.
- §. VI. Canon Metallicus seu decimae metallicae regalibus accensentur secundum ius Commune.
- §. VII. Praescriptione decimae quoque acquiri possunt ita ut contra laicum praescriptio longi temporis contra ecclesiam vero XL. annorum obtineat.
- §. VIII. Nec opus est ut titulum doceat qui praescriptionem longissimi temporis probare vult.
- §. IX. Inde possessor decimarum ad tituli editionem nequidem ipsi principi, in cuius territorio decimas possidet, obstrictus est.

Cap. II.

De effectibus iuris decimandi quod adquisivit princeps in territorio alieno.

Sect. I.

Intuitu Iuris percipiendi decimas novales.

- §. X. Ad effectus iuris decimandi in territorio alieno haud pertinet ius percipiendi novales decimas.
- §. XI. Secundum ius Canonicum illa ecclesia praefertur novalium intuitu intra cuius districtum praedium, ex quo novales exigendae reperitur,

§. XII.

- §. XII. Secundum ius germanicum decimae novales iure territoriali petuntur.
- §. XIII. Ager novalis vero (I) omnem memoriam excedere debet quod cultus fuerit.
- §. XIV. (II) Ut ex agro noviter culto nemo antea decimas consecutas fuerit.
- §. XV. (III) Ut non mutata sit sylva in agrum, quippe quo in Casu ille qui iure venationis huc usque gavisus est, simul concurrit.

Sect. II.

Intuitu iuris ferendi leges et iurisdictionis exercendae.

- §. XVI. Ius ferendi LL. decimales domino eius territorii competit in quo praefstandae decimae.
- §. XVII. Cognitio de decimis ad eum iudicem pertinet, cui princeps cognitionem causarum eccles. reliquit.
- §. XVIII. Ut tamen secularis iudex quoque gaudeat iurisdictione concurrente in possessorio.
- §. XIX. Nunquam vero decimator in territorio alieno licet sit princeps, cognitionem decimarum causa habet.
- §. XX. Princeps decimator in alieno territorio ibi conveniri tamen nequit nisi praefsterit homagium.
- §. XXI. Iudicia Imperii non habent cognitionem in causis decimarum nisi in possess.
- §. XXII. Ideoque decimator princeps evangelicus nullum agnoscit iudicem nisi in possessorio.
- §. XXIII. Status catholici religioni addicti vero pontificem habent iudicem.
- §. XXIV. Inutilis itaque est distinctio decimarum in laicales et eccles. si de competentia iudicis quaeritur.

Sect. III.

Intuitu iuris colligendi decimas.

- §. XXV. Penes decimatorem stat utrum ipse percipere vel alii relinquere velit decimas suas.

§. XXIV.

- §. XXVI. Plenissimam habet libertatem cui perceptionem decimarum relinquere velit, nisi pacta et consuetudo loci aliud suadeant.
- §. XXVII. Si ipse decimator princeps in territorio alieno colligere vult decimas, sibi eligit ministros, aurigas.
- §. XXVIII. L. ex subditis, vel aliorum principum, imo ipsius domini in cuius territorio percipit decimas.
- §. XXIX. Hosque iuramento obstringere potest.
- §. XXX. Miniftri et collectores decimarum conveniuntur in foro domicili.
- §. XXXI. Vtrum tribulis onerari possint decimae.
- §. XXXII. Num decimator in territorio alieno ad Fabricam ecclesiae contribuere teneatur.

Sect. IV.

Intuitu limitum decimalium.

- §. XXXIII. Limites possessores decimaru*m* discernentes auctoritate Domini eius territorii, in quo decimae praestandae constituuntur et visitantur.
- §. XXXIV. Decimator princeps in territorio alieno non concurrit nisi ceu privatus.
- §. XXXV. Si limites territoriales simul distinguuntur aequali iure gaudet cum principe alterius territ.
- §. XXXVI. Limites liquidi praescriptioni non sunt subiecti.
- §. XXXVII. Illiquidis vero praescribi potest.

Cap. III.

De Amissione iuris decimandi in alieno territorio principi competenti.

- §. XXXVIII. Decimae solo non vnu haud amittuntur.
- §. XXXIX. Sed semper exactio et denegatio praecedere ceteraque praescriptionis extinctivae requisita adesse debent.

PROOE-



PROOEMIUM.

Doctrina de iure decimandi principis secularis in territorio alieno est tantum pars specialis juris decimandi ideoque ei merito doctrina generalis quid nimurum sint decimae in genere quidve in specie nec non quae earundem origo, quemnam habeant effectum ac quibus modis amittantur, a me praemitti debuisset.

Verum enim vero iam tot tantaque extant scripta quibus eruditte ostenditur cuius decimae sint originis (a) quibusve modis in manus laicorum sensim pervenerint et quod ut introductae sunt ab initio mero iure ecclesiastico debeantur instarque bonorum temporalium censeantur (b) ut acta agere viderer si ea exscribere in animo esset. Praeter ea quoque a nemine in dubium vocari potest, quod decimae nihil aliud sint quam certa quota fructuum ceu si magis placet, quanta pars omnium bonorum licite quaesitorum ministris ecclesiae debita

A

(a) Moneta de decimis C. I, p. tot.
Spenerius de LL, hebr. ritualibus
L. III, C. 10, Diff. I.
Werndle vom Behend Recht, C. 3.

Syring, in Aurca Praxi Iuris dec. C. 3^o
p. tot.
(b) Boehmer, J. eccles. T. XXXI, §. 32.
Lehmann in Chiron, spirens, L. V, c. 47.

bita (c) quodve vulgo in ecclesiasticas et seculares, personales et reales, maiores et minores dispesci soleant. Eam ob rem generalioribus minime inhaerendum sed B. L. ad praestantissima illa scripta remittendum putavi.

Quemadmodum vero in omne re id in primis necessarium est, ut ea principia ceu indubia praefruantur ac praemittantur ex quibus sequentia eo magis intelligi probarique possint: Sic quoque pauca speciali tractationi praemittenda et quantum fieri potuit probanda arbitratus, nimirum.

I. Quod decimae Origine iuris quidem divini nec tamen universalis neque.

II. Iuris naturalis nisi materialiter tantum sint.

Quod ad primum illud ex eo probo, quod status Leviticus et sacerdotum ordinis consensu omnium is fuerit, vt a compositione terrae sanctae exclusi, decimis et primigenis vivere debuerint; Quod vero cum apud nos plane cesseret, leges illas mosaicas tantum particulares esse non dubito, neque nos iisdem teneri ex regula cessante prorsus legis ratione cessat legis dispositio.

Nec obstat dictum Salvatoris nostri Matth. XXIII, 23. haec (scilicet decimarum praestatio) debet fieri ac illa non omitti, cum ibi Christus ex hypothesi Mosaica loquatur. Diff. Bruckneri A. 1703. Jenae hab. §. II, Cap. I. Sect. I.

Secundum eo minus eget probatione quo certius est, modum alendi clericos per se esse arbitrium et hodie praesertim eos non unice vivere decimis, sed alia sunt bona ecclesiastica ad sustentationem

(c) Boehm. J. Paroch. L. VII, Cap. I,
§. 2.

Rebuff. q. 4, tr. de dec.

Monet. C. II, n. 1, 2, 3, seqq, de decimis.

Engavii Elem. J. Can. L. II, §. 333.

Cit. Werndle C. I. §. 5.

Syring. A. P. Cap. I,
(d) Conf. I, cit. Boehmer §.

Engau Elem. J. C.

§. 335, Werndle I. cit. C. 2. §. I.

seqq.

Syring. ibid. Cap. 2.

tionem cleri comparata ideoque praecise non requiruntur decimae
cit. Diff. Brucknerianaæ §. II, Cap. I. Sect. II.

Haec cum ita sint, ex praemissis hisce duobus principiis iam
sequitur immediate.

III. Quod decimae non ex necessitate sed ita valeant ac debeantur
vti introductae ac retentae, Boehm. J. eccles. L. III, T. XXX.

§. 64.

Cui tantum IV. ac ultimum adiungo nempe.

Decimas a Laicis aequo ac a Clericis iuste possideri ac percipi
posse.

Idque ne quidem refragante Iuris canonici dispositione, in qua
infiniti fere sunt textus vti in cap. Decimae 16, quaest. I. c. omnes
Dec. 16. q. 7. et omnia capitula Decret. in 6. et Clem. sub hoc tit.
de decimis. Quippe ex libera tantum receptione obligante, neque
obstante Concilio Lateranensi vbi distinguunt num ante vel post id
Concilium Laicus possederit decimas: Ea enim constitutio ne qui-
dem a regionibus iuri pontificio subiectis in universum fuit recepta
fatente ipso Innocentio III. Cap. 32. de Dec. quin etiam toti clero
potestatem alienandi decimas videmus tributam C. 52, C. 12. qu. 2.

CAP. I.

DE ACQUISITIONE IURIS DECIMANDI PRINCIPIS SECULA- RIS IN TERRITORIO ALIENO.

§. I.

Quicunque gaudet iure decimandi ille vere vti quoque patet ex de-
finitione (prooem.) percipit utilitates ex re aliena ideoque exer-
cit ius in re aliena; Inde etiam dici potest, quod decimae sint ius
in re aliena (a) quodve eas princeps secularis in territorio alieno
A 2 iisdem

(a) Boehm. J. eccl. L. III, T. XXX, §. 41, fin.

Iisdem modis adquirere possit, quibus alia iura in re aliena acquiruntur, cum etiam a laicis recte possideri possint (prooem. prop. II.) nimirum vel lege (b) vel actibus hominum inter vivos et mortis causa (c) hacve ratione easdem recte percipiunt licet ante vel post annum decretorum ius suum adquisiverint, adeo quidem, vt inter status diversae religionis vel sola possessio in isto anno sufficiat ad acquisitionem. (d)

§. II.

Dixi §. praec. decimandi ius esse ius in re aliena, inde iam oriatur quaestio, vtrum hocce ius ad regalia referendum nec ne? Sunt qui hoc indistincte affirmant, sunt, qui negant; inter illos principem obtinet locum Reinking (a) qui his in primis vtitur rationibus ad stabiliendam sententiam suam, quod decimae sint iuris publici et regalibus accensendae, nimirum (1) quod antiquissimo gentium more ius decimandi regalibus adscriptum fuisset, (2) quod Samuel I. Reg. VIII, v. 15. et 17. iura Regia describens istud ius ad decimandi redditus vinearum gregisque iisdem adnumerasset, quodvde (3) Cothmannus eandem sententiam foivisset. (b) Quibus alii adhuc addere solent argumentum (4) quod Carolus M. decimas in Saxonia mensae suae reservasset et denique (5) medio aevo iuris regii fuissent decimae, ecclesiae et Abbatiae. (c)

§. III.

Ast omnia haecce argumenta facili negotio subverti posse persuasum habeo, siquidem quoad (1) plane quidem negari nequit, olim quan-

(b) Syring A. P. Cap. X, §. 1.

(c) Ibid. l. c. §. 7. seqq.

(d) Sec. P. Westphal. Art. V. §. 46, 47.
Conf. vbique Diff. Frid. Schragii
Jenae 1683, hab. de decimis ec-
clesi.

(a) de reg. sec. et eccl. L. I. Cap. 8.
a. II, seqq. vbi ita: Hodie non raro

decimae iurisdictionis et regalium
fructus censentur per ea quae tradit
Cothmann. Conf. acad.

Conf. Syring. A. P. Cap. 3. §. 5.

(b) Conf. acad. 19, n. 11.

(c) Bochmer. iur. eccl. L. III. T. XXX,
§. 56.

quandoque regalibus et Magistratibus tributi loco decimas solutas fuisse, quo etiam respicere videtur Samuel capita iuris regii tunc inter gentes visitati referens. (a) Sed hae neutiquam confundendae sunt, cum illis decimis quas Deus in veteri testamento levitis sacerdotibusque assignavit, in peculiarem sustentationem, quasve clerus romanus ecclesiae eodem iure sibi vindicavit, (b) hae enim proprie decimae et pauperum et cleri indigentioris praecipuum patrimonium olim et ab initio semper fuerunt, donec paullatim variis modis v. gr. pro defensione ecclesiarum a regibus Francorum datae (c) ex Praelatorum factis bona ecclesiae alienantium ex capellarum exstructione et potentiorum rapacitate in manus laicorum pervenerint, (d) vti pluribus historiae monumentis probari potest, non vero tributi proprie dicti alioquin oblationes et primitiae eodem censendae essent iure quod tamen nemo vñquam afferere ausus est.

Posito etiam, Samuelem iura regia tunc temporis enumierasse, ab eo, tamen quod est iuris in statu servitutis (e) ad alium statum ubi plane alia est facies reipublicae minime concludi neque probari potest, id talem esse legem quae cuilibet statui inde etiam nostro applicari debeat. Quod ad (3) arg. illud ideo plane falsum est, quia Cothimannus ad cuius consilia provocat Reinking, de his decimis de quibus agimus, neutiquam loquitur sed tantum de iure detractionis, quod Abzug Nachsteuer, nostro idiomate dicimus; Hocce ius facile largior esse fructus iurisdictionis, quae vero inter hoc et decimandi ius sit differentia nemo est qui ignoret. (f)

IV. Arg. improbabile valde est, Carolum M. decimas suae mensae addixisse, potius capitularia et alia historiarum argumenta contrarium loquuntur et referunt, decimas fuisse episcopi et cleri patrimonium etiam tempore Caroli M. (g) Deni-

(a) Spencerus de LL. hebr. ritual. L. III.
Diff. I. c. 2, sect. I. n. 2.

(b) Boehmer, J. eccl. L. III, §. 58.

(c) Idem J. eccl. L. III, §. 58.
(d) Idem I. c.

(e) I. Reg. VIII, 18.

(f) Syring. A. P. J. dec. cap. 10. p. 293.

(g) vt latius deducit Thomasin. Displ.

V. et N. eccl. P. III, cap. 7. §. 1. seq.
Meinder de orig. decim. in Vet. Westphal.

Denique quod ad 5^{um} et vltimum arg. neque hoc negandum plane est, reges Francorum disponere quidem potuisse quodammodo de bonis ecclesiasticis decimasque in feudum dare; Ast hoc quoque indubium est, illud semper renitente clero factum fuisse, et si iure fecerunt, id non aliter fieri potuisse, quam quod maiori tunc temporis in ecclesiam, quam postea gaudebant potestate et vi iuris circa sacra bona ecclesiastica in casu necessitatis et superflua ad se trahere publicoque aerario addicere potuerunt, quippe quod etiam hodie ab iis fieri potest, qui eiusmodi iure praediti. (h) Id quod adparet non modo ex doctrina eorum qui scripserunt de secularisatione bonorum ecclesiasticorum (i) sed etiam ex ipsa Iuris Canonis dispositione, quod decimae consuetudine rationabili ceterisque suis requisitis immutari possint. (k)

§. IV.

Eorum itaque fententiam veriorem et magis fundatam esse arbitror qui statuunt, decimas regulariter non ad regalia pertinere, tum ob earundem originem, quippe quod ab initio non nisi ad sustentationem pauperum et patrimonium Cleri praecipuum instituae sunt, (praec. n. 1. et 2.) (a) Tum ob veram earum naturam quod nimirum fuerunt semper et adhuc sunt regulariter bona ecclesiastica hocve modo apud nos retenta et si in manus laicorum pervenerunt titulo quoconque licito, naturam recepere aliorum bonorum secularium nisi nexus quodam dominii divisi ad ecclesiam adhuc pertineant, quo in casu manent bona ecclesiastica. Hinc etiam si princeps secularis eiusmodi decimas de quibus mihi sermo est, possidet in territorio

(h) Diff. Schragii supra cit. de decim.
ecclef. §. XXI.

c. commissum.

c. cum hominēs.

(i) Ahasver. Fritsch. Exercit. J. publ.
p. 3. exercit. 8.

c. dilecti.

c. ad Apostolicae X. de decim.
Rebuff q. 3, n. 46.

Stryck. ad Brunnum. Jus Eccles. 2,
6. 15.

(k) c. in aliquibus vltim.

(a) Boehm. J. eccl. L. III, T. XXX,
§. 58.

ritorio alieno, easdem non aliter percipit, ac iure in re aliena (b) nisi tamen princeps iure circa sacra praeditus, ex decimis quid ad se traxerit, iure suo ideo quod sunt superflua bona ecclesiæ, quo in casu iisdem quidem vtitur ceu regali, sed hoc particulare tantum est, a quo ad univ ersale minime concludendum, multo magis autem semper praesumendum esse puto, decimas esse ius in re aliena non regale. (c)

§. V.

Quibus adductis tamen minime negatum volo, quod princeps intra territorium suum decimas imponere possit, in locum tributorum, vti olim inter gentes factum esse observat Clericus (a) modo saluum intactumque sit cuiuslibet ius decimandi: Princeps enim qui iure collectandi seu tributorum gaudet, illud omnino potest statuere, vt hoc vel illo modo exigantur tributa, dummodo quoad mutationem nullum obstat pactum (b) eo magis, quod saepius consuli-
tus est, decimas loco tributorum exigi quam alio modo, quo casu ius decimandi ab illo de quo loquimur, prorsus est diversum et omnino regium ius vel regale potest appellari. Inter protestantes hoc quoque extra dubium esse, cum iis iura ecclesiastica plenarie sint restituta ideo quod non modo decimas in genere verum etiam novale sibi attribuere, clericis vero alio modo dare possint sustentationem idque iure maiestatis, quod imperantibus in bona subditorum ad utilitatem reipublicae dispensandam competit, quod vocant dominium eminens, vi cuius imperantes inductionem vectigalium tributorum et similium onerum exercent, non vero potestati ecclesiasticae hoc ius tribuendum est, quia praestatio decimarum ad salutem et sustentationem corporis non animae spectat, atque est actus imperii

(b) Idem l. c. §. 57. et 58.

Harpprecht Conf. 19. n. 11. seqq. Conf. 14. n. 70.

(c) Peregrin. de iure fisci L. 7. q. 3. n. 13. seqq.

(a) Ad Genet. XLI, 34. et XLII, 36.

Boehmer. J. E. L. III, T. XXX, 4.

(b) Idem Boehm. l. c. §. 58.

(c) Syring. in A. P. Cap. 7, §. 8.

(d) c. tua nobis. 26.

cum non sit in homine 33. X. de decim.
Conf. Diff. Schragii saepe alleg. §. X.

imperii mere externi, quo nihil spiritui sed corporalibus bonis imponitur, quantumvis Canones Iuris pontificii eam potestatem non nisi pontifici, seu Vicario Dei adscribant.

§. VI.

Neque de hoc dubitandum opinor, quod canon metallicus five decimae metallicae regalibus sint accenfendas secundum Ius commune (a) Quum enim princeps omnia *διεσπώλα* sibi in territorio suo vindicat, hoc quoque ius illi nemo in dubium revocabit (b) et sic etiam hodie indistincte illo iure vtuntur principes five alii status imperii superioritate territoriali praediti licet ad privatos pertineat fundus, hoc enim in casu nihilominus decimas metallicas seu canonom metallicum iure suo exigunt. (c)

§. VII.

Quia non amplius statuimus, decimas esse res spirituales sed bona ecclesiastica temporalia, neque id afferendum erit, quod decimae haud sint praescriptioni obnoxiae, multo magis vero vti alia bona ecclesiae praescriptione omnino adquiri posse, hac tamen cum distinctione vt dispiciendum semper fit, vtrum ecclesia contra aliam vel laicus contra ecclesiam anve laicus contra laicum alleget praescriptionem?

Quod ad primum casum attinet, ecclesia aut est catholicae religioni addicta aut alii in Imperio Romano-Germanico probatae adhaeret: Si illud ad praescriptionem XL. anni sufficiunt, nisi quod pontifex id requirat simul, vt titulum alleget et probet praescribens, si est

(a) L. I. 2. et 3. C. de metallor.
c. un. que fint Reg. 2. Feud. 56.
Aur. prax. C. 3. §. 5.

(b) Ziegler de iure maiest.
Reichs Abtschied zu Augspurg de 1551. §.
Weiter so sezen wir ic.
Stryck Diss. XXI. de Jure princip.

circa Auri et arg. fod. Cap. II, n. 52,
ibiq. alleg. DD.

(c) L. item si fundi,
L. sed si lapidicinas
L. si cuius §. inde quaesit. est π. de vsltr.
Wernle L. II. C. I.
Stryck, c. Diss. XXI, Cap. II, n. 38.

si est contra ius commune. (a) Si vero A. Conf. addictis e Catholico-
rum provinciis debentur decimae possessio A. 1624. sola sufficit secun-
dum Instrumentum P. Westphal. (b) Alias et si ecclesia eiusdem re-
ligionis vel quocunque aliud corpus pium illud sit, allegat praef-
scriptionem, obseruandum est ius Canonicum vti in primo casu,
quippe inter has annus decretorius non attenditur, inde apud nos
praefscriptionem quadragenariam requirimus, (c)

Quod ad secundum casum, vtrum nempe laicus contra eccl-
esiām praefscriptione vti possit, hoc eo magis affirmandum puto, (a)
quod laicus omnino decimas possidere potest vel secundum Concilium
Lateranense (prooem. prop.) (b) si ad laicos legitimo modo pervenerunt
stilo clericorum dicendae sunt res temporales non spirituales (§. V.)
neque vti fingunt pontificii divini universalis sed potius humani
iuris habentur (prooem. prop. II.) (d) adeo quidem vt inter protestan-
tes XL. anni requirantur, inter pontificios vero immemorialis praef-
scriptio, qua propterea opus est, quia iure pontificio omnis praef-
scriptio damnata est sub qua vero immemorialis haud continetur, (e)

Quod ad vlt. casum attinet iterum distinguo, vtrum pleno do-
mino decimas possidet laicus nec ne, sive certo adhuc nexus eccl-
esiāe vel alii pio corpori obstrictus sit. Hoc enim casu idem afferen-
dum erit, quod diximus de praefscriptione laici contra ecclasiām (n. 2.)
quia adhuc vere bona ecclastica sunt, ideoque omnibus iis iuribus

B

et

- (a) C. 1. De praefcript. in 6to.
c. ad aures 6. X. de praefscr. Caus. 13.
- 9. 2. pr.
c. episc. de praefscr. in 6.
Monet, de decimis.
c. 5. q. 5. n. 107.
Werudle l. 3. c. 7.
Boehmer. L. III. T. XXX. §. 39.
Syring. A. P. C. 10. Caf. XX.
- (b) Art. V. §. 46. et 47.

- (c) Gensente Petro Barbosa ad L. 35.
n. 41. solut. matr.
- (d) Broehm. L. c. §. 35.
Brunnen. J. eccl. L. II. cap. 6.
Grotius de J. B. et P. L. I. cap. 1.
§. 17. n. 4.
- (e) C. 7. X. in fin. de praefcript.
c. 1. C. 16. 9. 7.
Syring. A. P. decis. 4. p. 426.
ibidem dec. 9. p. 428.

et qualitatibus praedita, quibus alia bona ecclesiae gaudent. (f) Si vero prius aut titulus et bona fides demonstrari potest aut non? Si illud instar servitutum sunt decimae indeque X. l. XX. annor five ordinaria praescriptione adquiruntur. (g) Si hoc XXX. ann. praescriptione opus est, (h) quo temporis spatio laicus contra laicum recte acquirere potest decimas ut etiam princeps in territorio alieno.

§. VIII.

Extra omnem itaque dubitationis telam positum est, decimas vel ius decimandi sua tamen cum distinctione praescribi hocceque modo adquiri posse; sed vnaqua quaestio hac in re superest decidenda, Vtrum si quis probare vult praescriptionem longissimi temporis, allegare et probare debeat titulum? Inter laicos hoc minime controversum esse videtur, cum hoc temporis spatio et bona fides et titulus praesumti debeat. (a) Ast ius canonicum tantum aliud disponit, quod nimis modo in praescriptione immemoriali non sit allegandus titulus (b) id quod per se ideo iam liquidum est neque eget speciali legis dispositione, quia cuius rei initii nulla extat memoria hominum eius etiam modus acquisitionis sciri nequit; Huius vero dispositionis Juris canonici cum in terris Imperii R. G. nullus obseretur usus, inde quoque in praescriptione longissimi temporis seu 40. ann. nulla tituli allegatio requiritur sed sola eiusmodi temporis possessio sufficit ad acquisitionem decimarum. (c)

§. IX.

(f) Syring. A. P. c. 9. §. 13, ibique alleg.
covarr.

Menoch, Rosenthal.

(g) Cap. I. de praescript. in 6.

Blum vom Zehend-Recht Cap. II. §. 14.

Wehner voce Noval-Zehend, circa fin.

A. P. Cap. II. §. 24.

(h) L. 5, fin. C. de praescript. 30. l. 40.
ann.

Boehmer. J. eccl. L. III. T. XXX.
§. 41.

(a) Coler. ad C. vlt. n. 39. X. de
praescript.

Syring. A. P. C. II. §. 26.

(b) C. I. de praescript. 6.

(c) Syring, ibid. §. 28. et alleg.

Rebuff, de decimis q. 13, n. 28. seqq.

§. IX.

Quid vero de tituli editione in hac materia haud infrequenti sit dicendum ex praemissis facile decidi ac intelligi poterit; Nimirum controversia de decimis versatur aut inter laicos aut inter ecclesiam et laicum aut inter hunc et principem; Quod ad primum Casum, nulla editio tituli peti potest, sed ille qui decimas vindicat ius suum probet necesse est, possessor vero in possessione sua vel quasi interim recte defendendus est vti in possessione aliorum bonorum secularium propterea quod nemo suae possessionis causam vel titulum allegare tenetur. (a)

Quoad 2. casum attinet Juris Canonici DD. ideo requirunt tituli editionem, quia laicus possidere nequeat decimas, cum tamen decimae a laicis aequae ac ab ecclesia aliisve piis corporibus hodie possideri possint vti alia bona ecclesiae temporalia (prooem. pr. II.) ad eo quidem vt nulla tituli editio exigiri possit a possessoribus, idem mihi statuendum videtur de hoc casu, quod nempe nemo ad edendum titulum nequidum ecclesiae obstringi possit.

Vltimo in casu hoc vnicce esse dispiciendum arbitror, vtrum princeps decimas iure regalium percipiat, si eas vel impofuerit tributorum loco (§. V.) vel ex decimis in specie sic dictis vi iuris circa facra quid ad publicum traxerit nec ne? (§. IV. fin.) Indubio enim decimae non sunt regalia (c. §. IV.) inde quoque si hoc non evictum antea, principem possidere decimas iure privatorum praesumitur indeque ne quidem ipsi principi quis obstrictus est ad titulum edendum nedum princeps in territorio alieno possessor decimarum ad editionem ullo modo cogi potest, cum privato deterioris conditionis esse nequeat. (b)

B 2

CAP.

- (a) Postius de manut. Observ. 44. n. 50.
 L. vlt. de acquir. possess.
 L. II. C. de hered. pet.
 L. 37. de R. V.
 L. 4. C. de edend.
 L. 7. C. de testib.

- Brunnem. ad. d. L. II. n. 1.
 C. de hered. pet.
 (b) Boehmer J. eccles. T. XXX. §. 71.
 et §. 66.
 Reip. Tubing. in Cauf. Bremens. p.
 tot.

CAP. II.

DE EFFECTIBUS IURIS DECIMANDI QUOD ADQUISIVIT
PRINCEPS IN TERRITORIO ALIENO.

SECT. I.

Intuitu iuris percipiendi decimas novales.

§. X.

Saepissime in hac materia de iure decimandi quaeri solet, vtrum ille cui competit ius hocce decimandi, quoque gaudeat iure percipiendi decimas novales? quae quaestio cum ita sit controversa aequae ac frequens, vt maximas exinde inter illustres nascantur lites, haud abs re duxi, eam paucis hic quoque excutiendi:

Sunt vero decimae novales decimae quae ex iis agris noviter cultis petuntur, quorum non extat memoria, quod aliquando culti fuerint. (a) Jam hoc certum et evictum est, ius decimandi neque divini iuris universalis neque iuris naturalis nisi materialiter tantum (prooem. pr. I.) neque principium illud esse verum, quod omne ius decimandi ad clericorum ordinem vnicce pertineat, sed multo magis vti nos edocet quotidiana experientia, decimas etiam a laicis iuste posse possideri (prooem. pr. II.) et tales modo esse, quales eas retinuimus ac veteres introduxere (ibid. pr. III.) Exinde mihi concludere licebit, ius percipiendi novales illi minime competere qui gaudet iure decimandi (b) neque illud pertinere ad effectus iuris decimandi in territorio alieno a principe adquisiti. Id quod non modo ex ipsa decimarum natura vti apud nos hodie sunt comparatae, eo magis patet, quod si ille qui habet ius decimandi quicunque sit aut clericus

)
a) Cap. quod per novales 21, X. de
verb. signit.
L. fin. II. de term. mot.
Wendle L. IV, c. I.

Diff. supra allata Bruckneri §. II. C. II.
Sect. 1.
(b) Wehner pract. Obs. voce Novale-
Behend.

clericus aut laicus, quoque ius percipiendi novales sibi attribuere vellet, certo aliquid ad se raperet, quod est alterius ideoque cum iactura alterius se locupletaret, quippe quod primis Iuris prudentiae principiis adversatur; Verum etiam ex ipsa iuris canonici dispositione liquidum est (c) novalium intuitu praeferri debere, ecclesiam in cuius paroecia, fundus novalis situs est, ideoque ius percipiendi non comprehendendi sub iure decimandi universali vel secundum hocce ius et communem DD. sententiam ad capit. allegatum. (d)

§. XI.

Aliter hac in re sentiunt pontificii, qui uti ex necessitate deberi putant decimas, indeque ex quocunque praedio in genere eas assignant clericorum ordini, sic quoque omnes novales decimas iisdem adscribere solent, ita quidem ut distinguant, utrum ager noviter cultus intra propriam parochi paroeciam situs sit nec ne sive in aliena; Priori enim casu ecclesiam intra cuius districtum praedium situm est ex quo novales petuntur, praeferunt, et parocho illius ecclesiae tribuunt decimas novales (a) hoc autem posteriori, Episcopum cuius dispositioni easdem committunt. (b) Ex quibus colligunt, regulariter parocho decimas competere in ecclesiae suae dioecesi, indeque si quis etiam in alieno territorio aut parochia adquisiverit decimas quocunque titulo, novales nihilominus ad eum parochum

B 3

spectare

(c) C. cum contingat, 29. X. de decimis et communis DD. sentent. ad hoc cap.

Werndle I. c. ibiq. alleg. Confil. in conf. comitis castell. p. 205.

(d) Monet. c. 4. n. 67.

Gonzalez ad c. 4. X. de decimis n. 9. Arg. c. quia circa X. de privilegi.

Rebuff qu. 14. n. 32.

(a) Vti Innocent. III. in cap. 29. X. de decimis fanciit ita:

Vnde inquisitioni tuae respondemus, quod

cum perceptio decimarum ad parochiales ecclesias pertineat, decimae novales quae sunt in parochiis earundem, ad ipsas procul dubio pertinere noscuntur.

(b) C. 13. x. h. t. verb. sequ. disponitur:

Alioquin (i. e. si intra certam aliquius ecclesiae paroeciam haud sita sint bona) ipsa secundum discretionem a Deo tibi datum aliis ecclesiae deputare vel ad opus tuum poteris retinere.

spectare debere, in cuius paroecia praedium situm est, ex quo novales petuntur. (§. praec. fin.) Nisi probari posset, novales ad decimas quas quis possidet, pertinere (c) cum quo etiam congruit Ius Alemannicum provinciale, quod clericis solis assignat omnes decimas. (d)

§. XII.

Verum enim vero cum ex LL. Imperii Germanici, multarum regionum constitutionibus peculiaribus et ex Iure Romano constat, praedia deserta ac inculta, si a nemine adhuc fuerint occupata, domino territorii virtute iuris territorialis competere (a) ideoque illum tributa eiusmodi agris noviter ad culturam redactis, quounque modo cuiuscunq; sint generis imponere posse, neque iuris canonici dispositio ex potestate legislatoria sed tantum ex spontanea receptione valeat;

Minime dubitari potest, quin decimae novales quoque secundum Ius Germanicum domino territoriali vnicie, non decimatori universalis neque ecclesiae tribuantur et vi huius iuris territorii peti possint ac hodie vbiique petantur.

Inter Protestantes hoc indistincte statuendum censeo, quippe quibus secundum constitutiones pragmaticas pacis religiosae et Instrumenti Pacis Osnabrugensis in sacris consequenter etiam in bonis ecclesiasticis absoluta tributa est potestas adeo ut vel ex hoc iure decimas

(c) Cap. 29. x. dedecimis vbi hanc videmus additam limitationem: *Nisi ab his, qui alias percipiunt decimas, rationabilis causa offendatur, per quam adpareat, novalium ad eos decimas pertinere.*

(d) L. l. Verbis. *Da man eines Dorfs beginnet mit neuem Bau, da mag der Herr des Leidrichs wohl Geld oder Zins abfordern, also, daß*

den Bauleuten halbes Korn bleibt, und dem Pfaffen der Zehend.

(a) Tot tit. Cod. de omni agro deserto. L. 1. et 2. C. de bonis vacant. 2. feud. 56.

Aur. Praxis C. 7. §. 8. seqq.

Myler ab Ehrenbac. de statibus Imperii P. II. Cap. 70. §. 6.

Klock de contrib. Cap. l. num. 303.

Schoppin, de doman. l. 3. c. 18. p. tot.

cimas novales si ex necessitate vnicē Clericorum ordini deberentur, petere de iisque pro arbitrio disponere possint. (b) Neque etiam inter principes ac status Catholicae religioni addictos prorsus negari potest, cum plures constitutiones extēt sanctis canoniciis e diametro contrariae, quibus nimirum decimas novales p̄aefstari certos post annos iubent partim, partimque etiam prohibent. (c)

§. XIII.

(b) Myler ab Ehrenbach l. c.
Pax relig. 1555. §. Dieweil aber estliche
§. Danit auch obseruerte ic.
Art. V. Instr. P. Osnabr. §. 30. et Art.

VIII. §. 1.
Stryck. D. de iure principis circa la-
pidic. et reliquas subterr. vtilit.
Cap. IV. §. 36. seqq.

Boehmer J. eccl. L. III. T. XXX.
§. 60. 61. 62. et 63.

Vbi dissentit in eo, quod funda-
mentum iuris percipiendi novales
vnicē sit Jus territoriale, afferens,
praeceps requiri legem provincialem,
qua eiusmodi decimae principi affig-
nantur, alias pro libertate fundi cōse-
pronunciandum ex his rationibus:

(a) Quia plures dantur agri privatorum
inculti ad culturam possea noviter re-
dacti, ad quos tamen principium de
incultis ac desertis agris non trahi queat
(b) Si fundus publicus ad culturam re-
dactus, ex quo princeps aliam pen-
sionem iam sibi referuisset, dubium ad-
buc manere, an decimas quoque exigere
possit cum non sint regalia.

Equidem facile concedo, posse extare
eiusmodi consuetudinem ac legem pro-
vincialem, quae praecepit, principi
deberi decimas novales, sed id prae-
ceps requiri, nego ac pernigo; De-

ficiente enim talismodi lege, ille
qui exigit decimas novales aut quoad
potestatem legislatoriam restrictus est
vel non; Si hoc quin novam legem
ferre novasque decimas efficere possit,
quis dubitet? Etiam quoad fundos
privatorum ad culturam noviter re-
dactos? eo magis cum princeps decimas
loco tributorum exigere possit (§. V.)
Si prius iterum distinguo vtrum lex
ad sit, quae prohibet decimas novales
nec ne? Si illud, simpliciter prin-
cipem non posse efficere novales, con-
cedo; si vero hoc princeps sibi deci-
mas novales vindicat vi superioratis
territorialis eo magis, quia universa-
lis fere in Germania consuetudo illud
ius non nisi principibus ceu iis stati-
bus qui iure territoriali gaudent, as-
signat licet sit fundus privatus vel
publicus, modo vere sit talis ager,
ex quo novales peti possunt.

(c) Constit. decim Bavariæ. tit. 28.

Art. 13.

Ord. austriac. super Art. 6. fin dispo-
nit, quod nullae decimae novales
p̄aefstari debeant. Ord. vero infe-
rioris Austriae expresse iubet p̄aefstari
decimas ex novalibus et clericis et
laicis, cui competit ius easdem exi-
gendi Art. 5.

Ord.

§. XIII.

Id tamen ut ex definitione (§. X.) patet, ad decimas novales semper requiritur.

I. Ut ager antea ferus ac nunquam quod hominum attingere potest memoria, culturam expertus fuerit. (a) Inde si ager ante plurimos annos ad culturam redactus, postea desertus fuerit, nunc vero altera vice procius, aut si pars agri cuiusdam adhuc inculta, iam quoque ad culturam fuerit redacta, ille naturam novalis haud induit, ut facile fieri potest tempore belli aliave hominum calamitate. (b)

Neque talis est, qui antehac iam usum praefitit, cuius vero pristina facies in aliam mutata est formam externam v. gr. si e prato seu lacu eductis inde aquis, efficiatur ager, aut pascuum ad frugum fertilitatem transferatur, haec enim mutatio qualitatis obligationem decimarum praestandardarum mutare nequit. (c)

§. XIV.

II. Ageru ille noviter ad cultaram redactus ita comparatus esse debet, ut quis antea iam inde haud confuscatus fuerit decimas, aut immunitate ab omni onere decimas praestandi non sit praeditus. Quod fieri potest, si tempore belli agrorum cultura fuerit impedita eoque factum ut arbores aut dumeta exporirentur. In utroque enim casu ager novalis dici nequit neque decimae novales exinde peti:

Quia

Ord. decim. Carinthiae vicinis tribuit decimas novales §. 9.

Quid quod etiam iam longe ante reformationis tempus nimis A. 1371. Fridericus Margravius Brandenburgicus Monasterio Eboracenfi concessit privilegium percipiendi novales in toto territorio Schwobacenfi Conf. Syring. A. P. Jur. dec. c. 7. §. 16.
Vbi repertus ipsum privilegium illud, ex quo inferri potest, iam olim cle-

ricorum ordinem non indistincte sibi tribuisse decimas novales multo magis a principe illud ius sibi adquirivisse.

(a) Bochmer L. III. T. XXX. §. 60. fin. Werndle I. 4. c. I.

Masqu. Concl. IV. n. 1.

(b) Syring. A. P. Jur. dec. C. 7. §. 2.

(c) Ibidem c. 7. §. 3. 4.

allegat. ibi DD.

Covarr. Rebuff.

Myler ab Ehrenb.

Quia quod ad posterius nemini ius suum invito auferri potest, priori vero in casu illi persolvendae sunt decimae, cui ante culturam solvabantur vti in mutatione qualitatis fundique nihil mutat in praestatione decimarum. (a)

§. XV.

Porro III. aliud dicendum erit si sylva in agrum mutata est, in qua alius quis gavisus est iure venandi seu iure foresti; Huic enim alio modo satisfieri debet aut praestatione certi pretii aut partem fructuum quam Stockgarben appellant, sibi vindicare potest in eiusmodi agris. (a)

Siquidem Dominus territorii quod ad decimas novales in sylvis eradicatis potius fundatus est, quoniam ex consuetudine Imperii A. G. ad eum pertinet, ius vero foresti seu ius venandi nullam tribuit iuris dictionem (b) cum non sint actus iurisdictionis sed potius servitutes, quae etiam alii in territorio alieno sive sit privatus sive princeps competere possunt, quaeve diversae maxime sunt ac separatae a iure territoriali. (c)

Aequum tamen et iustum est, illum qui hoc vel illo iure gavisus est in sylvis ipsis eradicatis antea in compensationem iuris sui exigat dictam illam partem fructuum sive Stockgarben. (d)

C

SECT.

- (a) Cap. 25. X. de decimis ibi :
Nec occasione decimationis antiquae Claret in feudum decimae sunt concessae) sunt decimae novalium usurpandae, cum in talibus non sit extendenda licentia sed potius refringenda,
 C dudum X. de privil.
 Syring. A. P. c. 7. §. 3.
 Werndle L. 4. c. I.
 Besold in thes. pract. sub lit. Noval.
 Ahasv. Fritsch Tr. de iure pratfor.
 membr. 6. §. 4.
 Wehner Obs. prab. verb. novalzehend.

- (a) Werndle L. 4. c. 5. fin.
 Syring. A. P. c. 7. §. 5. 17.
 (b) Myler ab Ehrenbach de stat. et princip. Imp. Rom. Germ. P. II. c. 73. §. 8.
 Wehner obs. pr. voc. Forst.
 Besold in thes. pract. voc. Forst.
 Kraifer de iure venandi c. 26. n. 4.
 et 5.
 (c) Mynsing. resp. 16. n. 37. et 46.
 Rosenthal c. 5. de feud. Concl. 94.
 n. 8.
 (d) Klock de Aerario L. 2. C. 2. n. 40.
 Besold thes. pr. Lit. A. n. 77.

SECT. II.

Intuitu iuris ferendi LL. et iurisdictionis exercendae.

§. XVI.

Ex idea Iuris territorialis perspicuum est, illi vnicē de omnibus iis rebus ac bonis quae in eius territorio reperiuntur competere potestatem legislatoriam, qui hocce iure praeditus est, (a)

Ergo quoque domino eius territorii, in quo decimae praestandae sunt, soli competit ius ferendi leges decimales; Id quod eo magis de statibus Imperii A. C. addictis dicendum, quo certius est, eos etiam in sacris absolutam habere potestatem vi P. Osnabr. (§. XII.) (b) Neque de iis prorsus negari potest, qui catholicae religioni addicti sunt, licet ideo aliud statuere videantur, quod decimae in recognitionem dominii univerisalis Deo vnicē tribuuntur ceu res spirituales potestati seculari haud subiectas. (c) Cum tamen ipsi Auctores illius religionis contrarium defendant et tot ordinaciones decimales, quae extant etiam in terris catholicorum illud satis superque testentur, dominum territoriale ferre leges decimales in territorio suo. (d)

§. XVII.

Cum cognitio de bonis ecclesiasticis ad eum pertineat iudicem cui princeps cognitionem Causarum ecclesiasticarum reliquit, decimae vero sint bona ecclesiastica, dubitari nequit, quin si possessores agrorum decimis obnoxiorum decimarum intuitu convenientur, tunc causa

(a) Moser *Grund u. Nis der heutigen Staatsverfassung* L. 4. Cap. 10. §. 8.

(b) Boehmer *J. eccl.* L. III. T. XXX, §. 72.
Syring A. J. C. 4. §. 10.

(c) Cap. tria nobis X. de decimis.
(d) Supra alleg. ordinat.

Werndle L. III. c. I.
Syring, A. P. ic. 3. §. vlt. fin.

causa regulariter ceram eo iudice cognosci debeat, cui dominus territorialis alias reliquit cognitionem caufarum ecclesiasticarum. (a)

Lites vero hac de re oriri possunt vel inter ecclesias vel inter has et laicum, vel inter laicos tantum :

Si prius et causa et personae sunt ecclesiasticae indeque forum causae et personae fundatum est, et sic ecclesiasticus iudex solus cognoscit. (b)

Si illud, sive laicus sive ecclesia sit reus, nihil interest, semper tamen manet causa ecclesiastica, cum alias actor forum rei sequi teneatur, hic quoque ille iudex est, cui competit cognitio causarum ecclesiasticarum, vti etiam in posteriori casu quippe quo non minus ob forum causae recte cognoscit ille, qui habet rerum ecclesiasticarum cognitionem. (c) Inde etiam filis est de denegatione iuris decimandi sive de defraudatione possessorum quorum agri decimis sunt obnoxii, semper hicce iudex cognoscit; Si vero laicus conductor decimarum convenientius, id fieri quoque potest coram laico iudice. (d)

§. XVIII.

Ita tamen haec iurisdictio de decimis comparata est, vt in causis decimarum, si de possessorio tantum sermo est, secularis iudex quoque gaudeat iurisdictione concurrente si nimirum quaestio est: an talis percipiat vel solvat decimas, vel si agatur contra tertium de-

C 2 sen-

(a) Text. in Clem. dispendiosam de iudic.

§. I. seqq.

Gail. obf. L. I. obf. 38. n. I.

(b) C. I. X. de foro compet. c. 2, et si

Monet. tr. de decimis c. 8. n. I.

diligenti.

Werndle L. 4. c. 6.

(c) Syring. A. P. C. 9. §. 12.

Syring. A. P. Dec. 13. p. 430.

(d) Monet. c. 8. n. 16.

Schrader de cauf. for. ecclef. T. II.

Schrader l. c.

tentorem fructuum decimandorum, si pro adipiscenda, recuperanda vel retinenda possessione, de facto solutionis non factae agatur. (a)

Cum enim in omnibus iis causis si de facto tantummodo lis orta est, secularis iudex aequa ac ecclesiasticus cognoscere possit (b) inde etiam in causis decimarum quippe quae referenda sunt ad ecclesiasticas, ille cognoscit si de facto possessorio uti iam dixi, sermo est. Id quod etiam sic observatur, dummodo singulare iudicium constitutum sit, cui relicta est a principe cognitionis causarum ecclesiasticarum, alias enim princeps seu fons omnis iurisdictionis in territorio suo ipse cognoscit; Quid - quod etiam in terris quibusdam Catholicorum contra iuris Canonici sancta omnem cognitionem decimorum iudici seculari videmus tributam. (c)

§. XIX.

Nunquam vero fieri potest, ut decimotar in territorio alieno, licet sit ipse princeps habeat cognitionem in causis decimarum; Cum enim ut supra (§. II. et III.) evictum est, ius decimandi sit ius in re aliena et licet sit princeps eo tamen non seu regali sed tantum ut privatus gaudeat (§. III. et IV.) Eam ob rem nullam in causis decimarum habere potest cognitionem, neque ea in re leges seu ordinaciones decimales ferre neque ullum alium exercere potest actum iurisdictionis.

§. XX.

Quod si vero decimator princeps in alieno territorio conveniens harum decimarum intuitu in eo territorio haud conveniri potest, nisi

(a) Gail. L. I. obs. 38. n. 4.

Rebuff tr. quaest. 10. n. 4.

Covarruvias pract. Concl. q. 35. n. 2.
et 5.

(b) Gail. I. c. obs. 38. n. 1. 2. et 3.
Blum. in pr. cam. tit. 43. n. 19. seqq.
Schrader de causis fori eccl. c. I.

tit. 2. §. 8.

Wernle L. 4. c. 6.

Syring. A. P. Dec. 13. p. 430.

Ordin. decim. Bavar. tit. 28. art. 17.

(c) Ord. decim. Austriae superior. art.
II. in fin.

nisi ob territorium clausum praestiterit homagium: Cum enim princeps sive ille qui iure territoriali praeditus est, non nisi Imperatorem sive iudicia imperii agnoscat iudicem. (a) Inde coram alio conveniri nequit nedum in causis decimarum; Si vero praestiterit homagium ob territorium clausum, tunc vi subiectionis vel quod ad bona quae in eiusmodi territorio possidet, conveniri potest coram alio et eo iudice in cuius iurisdictione decimarum praedia sita sunt, quia homagii praestatio subditum efficit, cui in omnibus et per omnia imperari potest, praesertim si territorium clausum, quippe ubi in personalibus et realibus a principe illius territorii vel eius dicasteriis causae controversiae decidendae sunt. (b)

§. XXI.

Inde etiam nequidem imperii iudicia aliam habent cognitionem in causis decimarum quam alius iudex secularis (a) nimirum si unice sermo est de possessorio, quia iudex secularis iudicari nequit de petitorio in causis ecclesiasticis. (b) Quo fit ut neque iudicium aulicum neque Camera Imperii alio modo suam exercent iurisdictionem in hoc causarum genere, nisi agatur de nudo facto possessorio (§. XVIII.) cuius rei multa extant praeiudicia adducente Gailio. (c)

C 3

- (a) Ord. cam. p. 2. tit. 27.
Menoch. cont. 12. num. 3. seq.
Myler. ab Ehrenbach de stat. et princip. Imp. Rom. Germ. P. I. C. IX.
§. 40.
Knipschildt de civit. Imp. L. II. cap. 33. n. 69.
- (b) Idem Myler ab Ehrenb. l. c. P. II.
c. 38.
Wchner obs. pr. voce Landsäß.
Paurmeister de Jurisd. c. 9. n. 119.
- (c) Ord. cam. p. 2. t. I.

§. XXII.

- (b) Clem. dispend. de iudiciis, Covarruv. var. quaest. pr. c. 31. n. 2. sub vers. prima conclusio.
C. tua et t. t. X. de decimis.
Monet. c. 8. n. 1. 2. 3. et 4. tr. de decimis.
C. decernimus. c. quanto. X. de iudiciis.
- (c) Obs. 38. n. 4.
Monet. c. 8. n. 5. 6. seq. et c. 8. n. 17 seq.

§. XXII.

Ex quibus adductis facile patet, principem evangelicum sive in territorio alieno sive in suo ipsius territorio nullum agnoscere iudicem competentem, coram quo conveniri possit, in causis decimarum, cum quod ad status A. C. addictos vigore Pacis Osnabrug. omnis iurisdictio sit suspensa in ecclesiasticis. (a) Ergo Judicia imperii sive imperator tantum de possessorio nullave alia re, quae tangit proprietatem iuris decimandi cognoscere possunt, quia iurisdictio eorundem in ecclesiasticis et spiritualibus est nulla. (b)

§. XXIII.

Si vero possessor decimarum est status catholicae religioni addictus vti etiam aliis, pontificem eo magis habebit iudicem, quo certius est, eos vti in aliis causis ecclesiasticis aequae ac spiritualibus nulla gaudere iurisdictione sed in iis omnibus omnino semper pontificem agnoscere debere talem, nisi in quibusdam terris aliud coniunctio sit introductum quod ad causas decimarum vti supra (§. XVIII.) observavi.

§. XXIV.

Agnovi supra prooem. et §. quidem et adduxi distinctionem illam notissimam, qua canonistae aliquie decimas in laicales et ecclesiasticas dispescunt, neque hic negare possum, eiusmodi distinctionem, quod nimur quis aut pleno dominio adquisiverit decimas quounque modo id factum sit, aut non, veram esse, sed nihilominus eam in quaestione quis in causa decimarum sit index competens, nullius esse utilitatis arbitror: Supra enim et quidem (§. XVII. et XVIII.) probavi, in rebus ecclesiasticis indeque etiam in

(a) Art. V. §. 46. et 47.
Crolow de decimis poss. 55.
Klock Vol. 3, Conf. 41, fin.

Rosenthal de feudis cap. 12. concl. 3.

n. 53.

(b) Ord. cam. P. II, tit. I.

in causis decimarum sive illum, cui princeps talismodi causarum cognitionem reliquit, sive vti inter pontificios (§. praec.) pontificem de petitorio vnicē, secularēm vero iudicem tantum de factis nudis possessionis (§. XXI.) cognoscere posse; Jam vero aut certum est, laicum pleno dominio ideoque ceu alia bona secularia possidere decimas, aut adhuc dubium est, eas pleno dominio esse translatas in laicos, semper tamen remanet quaestio, cui competit dominium decimarum, id quod decidere nemo potest, nisi iudex ecclesiasticus; Ergo etiam hanc distinctionem merito respuendam puto semperque esse invilem. (a)

SECT. III.

Intuitu iuris colligendi decimas.

§. XXV.

Qui iure decimandi gaudet, decimas ita ex fructibus in iis agris natis, qui decimis obnoxii sunt, eo modo eove loco ac tempore percipit, uti cuiuscunque loci consuetudo sive leges provinciales Patriae docent, hocve iure sive ipse vtitur, sive illi reliquit, istud cui vult propterea, quod de eo vti de omnibus aliis iuribus, quae illi competit, pro arbitrio disponere ideoque aut ipse decimas quot annis percipere aut ius suum in alterum transferre potest sive donando, vendendo aliquo modo, quibus iura in re aliena in alterum transferuntur (§. I.) dummodo quod ad Ecclesiam vel aliud prius corpus attinet, eae observentur solemnitates quae ad alienationem sive alium titulum dominii translativum bonorum ecclesiasticorum re-

qui-

(a) Syring in A. P. Jur. dec. qui diffen- per iudex ecclesiasticus. Si itaque-
tit putans hoc casu si decimae pleno- iam tale extet decisum iudicij eccl-
dominio translateae sint, iudicem sec- esiastici, non nego, tunç privative lai-
cularēm privative iudicare posse hac cum posse decidere, tamen quia hoc
in re, quia tunc decimae laicales ius- non facile reperiri poterit et semper
que spirituale plane esset extinctum.
Ab quisnam hoc decidit? certe sem- ab eo quod vt plurimum fit, conclu-
di potest, distinctio illa erit invilis.

quiruntur nimirum necessitas sive evidens utilitas ecclesiae, cause cognitio et decreti interpositio.

§. XXVI.

Et hoc casu iterum plenissimam habet libertatem, cui perceptionem decimarum suarum velit relinquere nisi lex vel consuetudo aliud suadeant v, gr. vt domini agrorum ex quibus decimae sunt praestandae idem offerentibus aut subditi extraneis praeserantur, quo casu merito aut dominis sive possessoribus agrorum aut subditis relinquat decimator perceptionem decimarum necesse est, eo modo uti vel inter se convenere vel Lex illa disponit, id quod variis modis fieri potest.

§. XXVII.

Si vero ipse decimator princeps in alieno territorio colligere vult decimas, sibi collectores ministros et aurigas aliosve eligere potest quoscumque velit; Cum enim ipse hoc facere nequeat et omne id merito illi licere debeat sine quo iure suo uti nequit, quid nisi etiam hoc, vt sibi eligat tales homines, qui ad collectionem decimarum suarum sunt necessarii?

§. XXVIII.

Hos ministros vero vel ex suis subditis vel ex aliornm principum subditis imo ipsius domini territorialis vbi ius habet percipiendi decimas eligere et constituiere potest: Quod ex suis ipsius subditis ministros collectores decimarum sumere possit, minime dubium, neque illud illicitum est, eos ingredi in territorium alienum, quippe quod princeps non nisi ob gravem causam prohibere potest eo minus, cum non fiat perpetuae habitationis causa. (a)

Posterior etiam procedit propterea, quod subditi contractus conductionis locationis ceu contractus iuris gentium omnino cum quo-

(a) Klock V, 2, C. 48. n. 40.

quocunque inire possunt: Modo tamen in posteriori casu subditis haud sit prohibitum, ne quis suscipiat ministerium apud decimatorem, id quod princeps absque villa dubitatione varias ob causas facere potest. (b)

§. XXIX.

Hos quoque ministros; quos sibi eligit princeps decimator in territorio alieno, sive sint ex suis subditis sive alterius principis, iuramento ipse obstringere potest, eum in finem, ut officium rite observent. Cum enim subditus etiam duarum civitatum civis esse possit, neque iuramentum illud, ut ex fide gerant munus in colligendis decimis, in praeiudicium domini territorialis tendere queat, soliusve decimatoris ut hoc fiat, intersit, non dubitandum est, quin decimator ipse iuramento obstringat ministros ex subditis alterius principis electos ac constitutos. (a)

§. XXX.

Ministri aurigaeque ad colligendas decimas constituti iuramentoque obstricti ob violationem quamcunque officii conveniri possunt coram eo tamen iudice ubi domicilium habent. (a) Ibique a domino territoriali, quippe qui vnicce in hac re exercet iurisdictionem, non decimator nedum ipse princeps (§ XIX.) puniuntur secundum Nemesin Carolinam. (b)

Nisi singulare iudicium decimarum a principe eius territorii, ex quo decimae petuntur, sit constitutum, quo casu coram eo iudice quoque conveniendi sunt ministri collectores decimarum officium violantes quocunque modo id factum sit.

D

§. XXXI.

(b) Syring. A. P. C. 8. §. 16.

(a) Syring. in A. P. Jur. dec. c. 8. §. 16 fin.

Ibique allegata praejudicia.

(a) L. pen. et vlt. C. de municip.

(b) Syring. A. P. c. 8. §. 16.

Sebast. Otto in Consil. exot. Conf. 29. p. 364.

Knipschild de nobil. L. 3. c. 19. n. 127.

§. XXXI.

Eo itaque modo uti usque huc dixi, decimator vel in territorio alieno utitur iure suo decimandi, decimasque percipit integras pro arbitrio suo, neque in eo ylo modo impediri debet, cum in iuria'rum teneatur, qui alterum in possessione sua vel quasi dolo malo turbat. (a) Inde quoque saepius quaeri solet: vtrum decimae tributis onerari possint nec ne? In regula id negant Canonistae ex eo principio, quod decimae sint iuris naturalis et divini. (b)

Hincque pontifex prohibuerit, ne census aut tributa de fructibus de quibus decimae persolvendae fuerint, primitus deducantur. (c)

Quod etiam haud iniquum est, cum alias fructus sive agri dupli modo tributis essent obnoxii, si quoque de decimis praestari deberent. Ast id tamen sine distinctione haud admittendum arbitror; Siquidem aut decimae adhuc praestantur ad sustentationem ministrorum ecclesiae ita quidem ut nihil aliud sit vnde alantur, aut alia bona habent vnde alimenta necessaria capiant;

Si illud iniquum valde esset, id eripere clericis, quod ad sustentationem eorum certumque finem ideo vnicce constitutum est, vt si id fieret, alimentis suis privarentur; Si vero hoc, non erit absurdum praefertim tempore summae necessitatis, vt ex ipsis decimis Collectae petantur ac solvantur, ut factum legimus, pro subsidio bellico contra Turcas aliasque gentes infideles ex indulitu Papaci eo in primis tempore, quo cruce signati pro recuperanda terra sacra militarent (d) cum plane eo in casu intermitti possit ius decimandi, id quod etiam de illo casu dicendum erit, si laicus licet sit princeps qui in territorio alieno possidet decimas uti alius privatus. (§. IV.)

§. XXXII.

(a) Men. 3, retin. poss. quaest. 36, n. 606.

(b) Richard Montacutius de origine eccl. p. 2, num. 60.

(c) Cap. 33, X. de decimis.

(d) Thomassinus in discipl. vet. et N.

eccles.

Ziegler, de iure maiest. L. II, c. 2, §. 27, fin.

Syring, A. P., c. 9, §. 30, fin.

§. XXXII.

Similis fere est quaestio in hac materia: vtrum decimator in territorio alieno ad exstructionem five reparationem aedificiorum ecclesiasticorum quid ex decimis suis conferre teneatur? Evidem non modo Canones veteres expresse disponunt (a) quod decimae ut alii proventus ecclesiastici in quatuor partes dividi, et prima pars ad sustentationem clericorum, secunda ad pauperes, tertia ad reparationem aedificiorum ecclesias five ad fabricam ecclesiae, quarta vero ad Episcopum pertinere debeat, Verum etiam Concilium Tridentinum Sefs. 21. de reform. c. 7. (b) quod ad exstructionem reparationemque eiusmodi aedificiorum hoc porro decrevit, vt si bona proventusque ecclesiae non sufficerint, tunc omnes parochiani ad impensas in exstructionem ac reparationem aedificiorum ecclesiasticorum necessarias in subsidium tenerentur.

Id quod etiam aequum esse videtur propterea, quod naturalis ratio dicitat, vt eo denum in casu parochiani, qui sacrificis in ea ecclesia vtuntur, ad solvendas impensas ad fabricam ecclesiae necessarias obligentur, si bona ecclesiae vel eiusdem redditus non sufficienti nisi lex specialis aut consuetudo aliud introduxerit, quippe quae semper maxime hac in re attendenda est. (c)

Ex hisce vero sancitis Juris Canonici perpere colligunt, quod omnes illi, qui decimas percipiunt, ex iis ad fabricam ecclesiae contribuere teneantur, quod decimae illae eum in finem tacite ecclesiae sint obligatae (d) quodve decimae a possessoribus agrorum decimis obnoxiorum tamdiu retineri possint, donec solverint expensas ad fabricam ecclesiae necessarias. (e)

D 2

Quem-

- (a) C. vulneranea.
- C. quatuor.
- C. de redditibus.
- C. cognovimus.
- C. mos est 12. q. 2.
- Syring. A. P. c. 9 §. 2.

- Monet de decimis c. 7. n. 8.
- (b) Sefs. 21. de reformat. c. 7.
- (c) Arg. C. ad Apostolicæ X. de simonia.
- (d) C. quatuor 2. queft. 2.
Klock de contr. c. 10, Sect. I. n. 36.
- (e) Werndle L. 2. c. 9.

Quemadmodum vero nullibi dispositum est, vt ille qui decimas percipit in alieno territorio ex ea re ad reparationem aedificiorum ecclesiasticorum aliquid conferre teneatur (f) multo magis contrarium exinde patet, quod ante omnia ad consuetudines cuiuscunq[ue] loci ex ipsa Juris Can. disposit. respici, (g) hac deficiente, episcopus ex quarta sua reparationem fuscipere, si nec hoc sufficiat parochi ex suis redditibus (h) in subsidium demum parochiani obstricti esse debeat, ad suppeditandas expensas in fabricam ecclesiae. (i)

Sic eo minus possessores decimarum in territorio alieno obstrictos esse arbitror ad contributionem impensarum in exstructionem sive reparationem aedificiorum ecclesiasticorum, quia dispositiones illae Juris canonici non involvunt expressis verbis, quod ille qui decimas percipit de his conferre debeat, ad fabricam ecclesiae, alias enim si hoc voluissent Auctores Juris Canonici, certo id disponuisse, indeque potius concludi potest, quia nihil expresserunt, probabile esse, auctores id non voluisse. (k) Neque ex hoc contrarium inferri potest, quod regulariter clericis debeantur decimae, cum iam supra fatis superque demonstratum sit, decimas etiam a laicis iuste possideri ac percipi posse (prooem. pr. III.)

Quum itaque omnia illa Juris Canonici sanctita ad hunc casum ideo trahi nequeunt quia decimae istae ab aliis legitimo modo adquisitae non sunt proventus ecclesiae; Inde licet non negandum sit, aedificia ecclesiastica refici bonis ecclesiae, tamen non sequitur, ea refici debere decimis, si alius illa percipit sive in suo sive alieno territorio vel ex eo fundamento, quia tum qualitatem bonorum secularium induerunt indeque non amplius sunt bona sive proventus ecclesiastici.

SECT.

(f) In §. consideremus Auth. de trien. et semisse et facit.

L. illam C. de couat.

(g) Cit. arg. cap. ad apostolicum de simonia.

(h) P. text. in Cap. cognovimus 12. q. 2.

(i) C. 1. et 2. his cum utrobius not.

(k) Arg. C. si episcop. de offic. ordinat. in C. C. omnis de poenit. et remiss.

SECT. III.

Intuitu limitum decimalium.

§. XXXIII.

Quum plures saepe in uno eodemque territorio iure percipiendi decimas gaudent, nec antiqua amplius supereft illa auctoritas iuris canonici, vt omnes omnino agri decimis sint obnoxii, sed plura dantur praedia a decimis immunita; opus est limitibus, qui indicant quo usque quilibet possessor deciminarum ius suum exercere possit; Hos vel ipsa natura ponit vel ars hominum; Inde illos nominant naturales hos vero artificiales. Naturales quippe sunt montes, colles, Maria, littora maris, flumina amnes lacus cet, qui nulli fere mutationi ex praesumptione ac opinione obnoxii habentur. (a) Artificiales vero, qui variis nominibus veniunt, sunt lapides arbores cruce signatae, et non nisi auctoritate eius, qui summa potestate praeeditus est, poni possunt eo magis, quod interest, eo in primis laborare, vt iura territorii conserventur, atque ii qui in eo sunt, bonis suis tute vti possint.

Ex quo perspicuum est, limites decimales vnicce auctoritate eius principis visitari posse, in cuius territorio decimae percipiuntur. Sive saltim eius qui iurisdictione inferiori tantum gaudet, quippe hoc est effectus iurisdictionis et sicuti ab eo vnicce ponuntur ita quoque ab eo visitari debent. (b)

§. XXXIV.

Ideo decimator in territorio alieno licet sit princeps, sua auctoritate neque districtui, ex quo percipit decimas, limites ponere neque

D 3

(a) Hildenbrand Diss. de diversi lapid. fin. c. I. §. 3.

(b) Fritsch. tr. de district. cap. 3. Titius de iure provinc. Rom. Germ. l. 8. c. 6.

Seckendorff. Fürstenstaat. P. 1. c. 6. §. 7.

Ertel Prax. aur. de iurisd. inf. c. 3. §. 1. Wehner obs. pr. voc. Vogthay.

que eosdem visitare potest (§. praec.) sed in hisce actibus concurrit tantum ceu privatus sive hi limites praedia decimalia vnice discer-
nant sive alia iura et praedia simul spectent; Quippe cum iure suo
tantum gaudet ac privatus (§. III. IV.) neque ullum actum iuris-
dictionis hac in re exercere possit. (§. XIX.) Illud etiam in hoc ca-
su neutquam fieri potest, quoniam regulariter domino territoriali
vel saltim domino iuris dictionali, cuius nimurum iurisdictioni di-
strictus decimarum subiectus est, competit vti dixi (§. praec.) Ceu
privatus vero id eo omnino concurrere potest, quod principaliter eius
interesset, vt limites recte ponantur, et nunquam confundantur.

§. XXXV.

Quodsi vero limites decimales territoria simul a se in vicem di-
stinguant, tunc decimator princeps quatenus de finibus territorii
quaestio est, aequali iure gaudet cum eo principe in cuius territorio
percipit decimas; Hoc enim casu non tanquam decimator sed vt
vicinus princeps adest, cuius auctoritas omnino variis ex causis (a)
simil requiritur in terminandis aut visitandis finibus territorii, si il-
lud legitimo modo fieri debeat, adeo quidem vt absque nullitate
actus id omitti nequeat. (b)

§. XXXVI.

Limites artificiales, quibus decimalia praedia quoad eorum
possessores decimatores a se invicem discernuntur, tantae alterationi
subiecti censentur, dum tractu temporis aut obfuscati aut plane in-
terire possunt, nec vlla perpetuitate tali gaudent vt ipsorum existen-
tia.

(a) L. si quis super 3, ibi si altera pars
se subtraxerit C, fin. regund.
L. 8. si irrupt. 8, ib. oculisque suis
subiectis II, fin, reg.
L. 4 pr. II, de cenf.
Meyius P. IV. dec. 139. n. 5.

Hieron, de Monte desin. cap. 32.
(b) Lyncker de gravam, extra iud. c. 3.
p. II. n. 3. §. 22.
Bartol. in L. Theopompus II. de
dot. praelog.

tia omni tempore superesse queat. (a) Inde haud raro quaeri solet, num fines seu limites eiusmodi decimales praescriptioni sint obnoxii nec ne? Quo nihil aliud indicatur ac vtrumne quis per tempus ad praescriptionem necessarium fines praediorum decimalium huc vel illuc extendere queat vel restingere teneatur?

Jam vero limites vel ita sunt comparati ut certo indicent, quo usque ius suum decimandi quis exerceri possit, vel hoc incertum est; Si illud limites adsunt liquidis, sive certi; Si hoc, illiquidis sive confusi: In priori casu asseri potest omnino, limitibus decimalibus nullo temporis intervallo praescribi posse (a) cum enim certi ac liquidis sint limites, iudicari potest semper omnique tempore, quousque quis iure percipiendi decimas gaudeat, ergo decimator illud ultra eos limites extenderet nequit, nisi cum iactura alterius, sed praecise tenetur finibus praescriptis stare, eam ob rem nulla obtinere potest praescriptio.

Positis hisce limitibus liquidis ac certis distingui quidem adhuc posset, vtrum decimator ultra vel infra eos ius decimandi longissimo temporis tractu exercuerit, numne illo casu praescriptio adquisitiva, hoc vero extinctiva obtineat, si omnia reliqua requisita simul adfissent? Sed sicut omnis praescriptio non tanta est, ut omnem prorsus probationem in contrarium non respuat, quae positis limitibus liquidis omnino ad esse censetur, sic non est, ut quid quam huic distinctioni tribuamus, sed potius veram putamus sententiam, limitibus liquidis nunquam praescribi posse.

§. XXXVII.

Aliud vero dicendum erit in posteriori casu, si fermo est de limitibus illiquidis sive confusis. Si enim hoc, incertum plane est, vtrum districtus ex quo quis percipit decimas, huc vel illuc fese extendat

(a) Hieronym, a Monte tr. de finib, reg.
Cap. CVII. n. 2. et c. 76. n. 15.
C. licet et c. inter memoratos 16.

q. 3. et c. super eo de parochis.
Id. Monte in d. tr. c. 74. n. 2.

tendat (§. praec.) Inde si quis vel ultra veros limites vel infra eos usus est iure decimandi ad praescriptionem vel adquisitivam vel extintivam merito recurrentum erit et ea requisita necessaria sunt, quae supra attuli et probavi ut itaque haud dubium sit, quin limites illiquidi sive confusi praescriptionis sint subiecti quinve eo usque quis ius suum decimandi in posterum exercere possit, quo usque hac ratione hocve tempore usus est ac adquisivit. (a)

CAP. III.

DE AMISSIONE IURIS DECIMANDI IN ALIENO TERRITORIO PRINCIPI COMPETENTIS.

§. XXXVIII.

Decimas praescriptione acquiri posse certis modo sub distinctionibus supra occupatum neque dubitandum est, quin ceu ius in re aliena yti alia eiusmodi iura quoque amitti possint a quoconque possessore puta consolidatione, remissione et interitu praedii totius, si certus districtus, ex quo decimae petuntur, chasmate vel impetu fluminis aliave inundatione pereat vel plane inutilis reddatur:

Ast alia est res, si quaeritur: vtrum solo non usu eae amitti queant nec ne, quippe vbi de praescriptione extintiva non adquisitiva sermo est, neque ea quae de hac disposita sunt, statim ad illam applicari possunt. Inde fit, ut haud pauci DD. partim ex Iuris romanis sive iuris canonici pontificiorum vnicce ratiocinantes partimve praescriptionem adquisitivam cum extintiva confundentes multos hac in re reprehendere putent populos, quos non nisi difficillime superari posse sibi persuadent indeque diversimode distinguere solent, si de amissione Iuris decimandi loquuntur. Si quidem ii, qui ex prin-

(a) Hieron, a Monte tr, de fin, regund. Idem l. c. c. 87. p. tot.
c. 76.

principiis Iuris romani loquuntur, eaque Institutis mere patriis indistincte applicare solent, quaestione: num decimae solo non vnu amitti possint, statim affirmative decidunt, afferentes, quod sicuti de iure civili servitiae five quotidiana five non quotidiana fuerint, non vnu amitterentur (a) sicutique immunitas a collectis annuatim praestans praescriptione adquiri posset (b) ita non dubium esset, quin etiam secundum rationes civiles ius decimarum quod praediis ad instar servitutum et collectarum inhaereat, non vnu amitti posset. (c) Aliter sentiunt Pontificii, aliter protestantes; Rationes illorum sunt recensente Boehmero (d) hae in primis:

(1) Deum sibi decimas in signum universalis dominii reservasse,
 (e) (2) posita immunitate a decimis Deum haud honorari ex substantia hominum contra praeceptum divinum Prov. III. 3) eos gravissimum crimen incurtere, qui decimas solvere detrectent, 4) ex pracepto divino sacerdotibus deberi decimas, quam legem nec Christus sustulisse quin potius approbasse 5) laicos esse incapaces possessionis decimarum denique 6) bonam fidem deficere, cum omnes sciant decimas esse Dei &c. Ex quibus concludunt, decimas esse in praescriptibiles neque vsquam amitti posse vel faltim pro parte tantum vti Petrus Gilkenius ad Auth. quas act. C. dess. eccles. Cap. 3.

Protestantes decimas quidem praescriptioni extinctivae subiectas putant vti alia iura ecclesiastica, sed ad eam XL. annos requiri arbitrantur vti Carpzov. (f) Richter (g) et Lyncker (h) Alli inter hos principiis Iuris Canonici nimium tribuentes, decimas solo non vnu ideo non amitti posse contendunt, quod possessores agrorum decimis obnoxiorum sciverint, se teneri ad decimas solvendas quotannis,

E quae

- | | |
|--|--|
| (a) L. 7. π quemad. servit. amitt.
(b) L. 4. C. de praescript. 30. l. 40.
1. fin. C. de fund. patrим.
Harprr. de praescript. immunit. a
collect. §. 31. seq. | (c) Boehm. L. III. T. 30. §. 42.
(d) Idem l. c. §. 43.
(e) C. 26. et 33; X. de decim.
(f) P. II. c. 2. def. 4.
(g) P. I. dec. 23. n. 50.
(h) Dec. 1168. |
|--|--|

quae scientia malam fidem inducat indeque praescriptionem impec-
diat. (i) Verum enim vero hisce neutquam evictum est, quod de-
cimae solo non vnu amitti nequeant; Sed id potius ex ipsa natura
iuris decimandi erui debet: Nam hoc ius consensu omnium ita
comparatum est, vt decimator decimis pro arbitrio suo quoties oc-
casio fert vti vel si mayult illas plane aut hoc vel illo anno remittere
possit indeque merito saltim quod ad eum qui decimandi ius habet,
pro re merae facultatis putandum sit; Iam vero hae res solo non vnu
nequidem longissimo nedum immemoriali tempore amitti queunt, (k)
Ergo exinde concludere nobis licebit, decimas solo non vnu nunquam
amitti posse neque in suo neque in alieno territorio.

Quibus insuper accedit quod plures adesse possint causae, cur
quis iure suo non vnu fuerit, cum agri ex quibus ius petendi deci-
mas habet, non culti fuerint longo temporis intervallo aut alio mo-
do impeditus fuerit decimator vti tempore belli aliave calamitate,
quo minus iure suo vteretur;

Cum vero in hoc casu vbi plures ad esse possunt rationes ad hanc
vel illam minime concludi possit, inde etiam a solo non vnu iuris de-
cimandi ad consensum, sine quo nemini ius suum quaesitum auferri
potest (l) sive ad id alterum non amplius velle vti iure isto, nulla va-
let consequentia, sed decimator tantum fructus praeteritos ceu ne-
glectos neutquam vero ius suum quaesitum amittit, neque obstant,
quae vulgo adducunt in hac re contrarium defendantes, capitula 4.
et 6. X. de prae script. quippe in illo tantum de quarta decimatarum
episcopo debita et hoc de prae scriptione adquisitiva sermo est.

§. XXXIX.

Quemadmodum vero in omnibus actibus merae facultatis ad
prae scriptorum extinctivam semper requiritur, vt illud quod quis
debet

(i) Leyser Spec. 462. Med. II.

(l) Berger Oec. iuris L. 2. t. 2. §. 22.

(k) Arg. L. 45. de usurpat. L. 6. n. dc
servit. praed. vrb.

n. 1.

debet ab altero exigatur ab hoc vero denegetur et tempus praescriptionis elapsum sit. (a)

Sic quoque ad praescriptionem illam decimarum exactio et contradicatio ex parte eius, qui decimas debet, praecedere debet et accedente demum acquiescentia temporeque elapsu ad praescriptionem necessario, ius decimandi extinctum est, sive sit contra ecclesiam sive Laicum, nihil interest. (b) Et sic non opus erit, ut plura addamus de praescriptione annua (c) quam alii attendendam arbitrantur in praescriptione decimarum, semel enim decimis exactis et de-negatis tempus praescriptionis currere incipit et ius decimandi eo tempore elapsu omnino prorsus censetur extinctum, quicquid alii dicant (d) qui hoc iam sufficere putant, quod casus adfuerit, vbi decimator ius suum exercere potuit.

(a) Leyser ad II. spec. 462. Med. III.

(b) Syring. A. P. C. II. §. 29.

Bochmer J. Eccl. L. III. T. XXX. §. 53.
vbi dissentit cum Hieron. Rocca
afferens :

*Contradiccionem tantum in adquirendo
ture novo negativo, non vero in iure
extinguendo alteri competenti esse ne-
cessariam;*

Sed resp. Distinctionem illam ideo non
procedere posse, quod certissimum
est, extinctionem iuris decimandi cum
immunitate a decimis praestantis tam

arcete esse connexam, vt illa ab hac
abesse nequeat, alterumque semper
ius negativum novum adquirere vel-
le, quo ipsi contradictione et ac-
quiescentia opus esse arbitrantur.

(c) Adducunt L. 46. §. 9. C. de episc.
et cler. Iqua Justinianus de annalibus
legatis piis corporibus relictis parti-
cularē quid dispositus ad decimas haud
trahendum.

Böehm, I. Eccl. L. III. T. XXX. §. 36.
(d) Crav. Conf. III. n. 3.
Klock, V. 4. C. I. n. 279.



etiam quodcumque de libro quodcumque
de libro libentia nulli impeditur. (a) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (b) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (c) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (d) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (e) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (f) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (g) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (h) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (i) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (j) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (k) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (l) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (m) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (n) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (o) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (p) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (q) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (r) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (s) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (t) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (u) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (v) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (w) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (x) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (y) Et si quis tunc
de libro libentia nulli impeditur. (z)

Ks 1650

ULB Halle
005 712 157

3






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-656111-p0052-5

DFG



18

DISQUISITIO JURIDICA

DE

JURE DECIMANDI PRINCIPIS SECULARIS IN TERRITORIO ALIENO.



1650

1650

AUCTORE

CONRAD GOTTLIEB WOLFF,

CONSILIARIO AULICO ET REGIMINIS LIMPURGICO SONTHEIM-
GEILDORFFENSI PUCKLERIANO.

HALLIS SVEVICIS,

TYPIS JOHANNIS CHRISTOPHORI MESSERERI.

MDCCCLXXX.

6. 1. 06.

